ردى *F. i. n. a.* رديان, ردى 1) Calcavit *terram* ungulis suis *equus vel* modo medio inter cursum et vehementiorem gradum incessit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Subsultim incessit *corvus. Kam.*; 3) Sublato uno pede in altero subsultim progressa fuit ludendo, ita ut post duos gressus idem cum altero pede repeteret alternatim *puella, puer. Kam. Dj.*; 4) Collisit et corpore illiso trudit *c. a. p. Kam. Djeuh.*; Percussit *lapide rem aliquam*, ut frangeretur; 5) Fregit *rem c. a. r. et* ب *instr.* b) ردى *n. a.* ردى Periit *res.* II *n. a.* تردية Pallio, exteriore operimento, رداء appellato, induit *aliquem c. a.* IV Impulit *equum*, ut ungulis lapides coniiceret in terram, *vel* modo medio inter cursum et vehementiorem gradum incederet *c. a. equi*; Excessit numero *quinquaginta c.* على; Perdidit

c. a. p. V Cecidit *in puteum c.* فى; Delapsus *de monte* fuit *c.* من; Induit pallium رداء appellatum. *Kam. Dj.* VIII Calcavit terram ungulis suis *equus*, *vel* modo medio inter cursum et vehementiorem gradum incessit; Induit pallium رداء appellatum. *Kam. Dj.*

رداء *Dual.* رداءان *et minus bene* رداوان *Pl.* أردية Pallium. *Kam. Dj.*; Vestis seu operimentum exterius quodcunque, usurpari solitum prodeunti foras. غمر الرداء Multa beneficia conferens *in alios.*

رداة *Pl.* ردى Saxum, petra. *Kam.*

مردى *Pl.* مرادى Lapis quo quis petitur *Kam.*, *et* quo frangitur quid. *Dj.*

مرداة Lapis, quo quid petitur, *et* Lapis, quo franguntur saxa.

رذّ Leniter pluit pluvia رذاذ appellata *(coelum). Kam.* IV أرذّ *Id. Kam.*, *et* Emisit liquorem per rimas *uter.*

رذاذ Pluvia tenuis, vel lenis et continua pulveri similis, vel tenuissima et rori simillima.

رذوق *Pl.* رواذق Pellis detracta. *Kam.*

رذكة *Pl.* رواذك Parvus *de ovibus et capris. Kam.*

رذل *et* رذل *F. o. n. a.* رذولة, رذالة Ignobilis, vilis, abiectus fuit *de homine.* b) رذل *n. a.* رذل 1) Vilem, abiectum, pravum reddidit *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Vilipendit *c. a.* IV Vilem, abiectum reddidit; Pravum reddidit *c. a. r. Dj.*; Habuit socios viles.

رذل *Pl.* رذول Ignobilis, vilis, abiectus *homo.*

رذيلة *Pl.* رذائل Prava indolis et naturae in homine conditio; Vitia. *Kam.*

أرذل *Pl.* أرذلون *et* أراذل Vilis, ignobilis, abiectus *de homine.*

رذم *F. i. et o. n. a.* رذم, رذام, رذمان Fluxit *nasus.* b) رذم Ita plenum fuit ut exundaret *(vas). Kam. Dj.*

رذى *n. a.* رذاوة Extenuatus, enervatus tritusque fuit *itinere, labore, morbo.* IV Debilem, infirmum reddidit *c. a. Kam.*; Iumentum extenuatum et infirmum dedit *alteri c. a. p.*

رذى *Fem.* رذية *Pl.* رذايا, رذاة Extenuatus, tritus, *pec.* itinere *(camelus)*; Morbo gravatus.

رز *F. o. et i. n. a.* رز 1) Caudam in terram inseruit ut ova pareret *(locusta). Kam. Dj.*; 2) Infixit unam *rem in alteram (in terram. Dj.)* ibique firmavit *c. a. r. et* فى *loci.* II *n. a.* ترزيز Polivit *chartam c. a. r. Kam. Djeuh.* VIII Defixa mansit in charta seu scopo *sagitta. Kam. Djeuh.*

رز Sonus qui eminus auditur: *vel generaliorem significationem habet vox*, *vel* Sonus, quem tonitru edit.

رز *pro* أرز Oryza. *Kam. Dj.*

رزرز 1) Movit *c. a. r. Kam.*; 2) Aequavit duas *oneris* partes in iumento *c. a. r. Kam.*

رزأ *F. a. n. a.* رزأ 1) Deminuit *rem c. a. r.*; *tum* Deminuit *opes alicui* partem earum accipiens *c. a. p. et a. r.* 2) *n. a.* مرزئة, رزء Bonum *ab aliquo* accepit *c. a. p. Kam. Dj.* b) رزى Deminuit *rem c. a. r.* VIII Deminuit *opes alicui* partem earum accipiens. *Kam.*

رزيئة *Pl.* رزايا Detrimentum, calamitas. *Kam. Dj.*

رزب Firmiter adhaesit loco nec inde prodiit *c. a. Kam.*

إرزب Brevis. *Dj.*; Crassus. *Dj.*

مرزبة Satrapae dignitas, praefectura *apud Persas. Kam.*

مرزبة *vel* مرزبة *Pl.* مرازب Baculus parvus ferreus s. clava ferrea. *Kam.*, qua glebae contunduntur. *Dj.*

مرزبان *Pers. Pl.* مرازبة Satrapa *apud Persas.*

رزح *F. a. n. a.* رزاح, رزوح 1) Concidit macie et lassitudine *camela. Kam. Dj.*; *inde* 2) Male habuit, et defatigatus fuit; Mala fuit *(conditio)*; 3) *n. a.* رزح Confodit *hasta aliquem. c. a. p. et* ب *instr. Kam.*

رزخ *n. a.* رزخ Confodit hasta *c. a. p. Kam.*

رزدق *a Pers.* رسته Series et ordo *hominum*, *palmarum.*

رزداق *Pl.* رزداقات *a Pers.* رستاق Pagus seu regio pluribus pagis constans. *Kam.*, foris nundinisque gaudens.

أرزع Magis pusillanimis. *Kam.*

رزغ Incidens in lutum ibique retentus (*de homine et bestia*).

رَزَغَ *i. q.* راوغ. IV Madefecit *terram pluvia*, ita ut non fluida fieret, sed coenum oriretur *c. a. r. Kam. Djeuh.*; Pauca fuit (*aqua*). *Kam.*; Pervenit *fossor* ad humidum lutum. X Alicuius, quem debilem habuit, rebus potiri cupivit *c. a. p. Kam.*

رزف *F. i. n. a.* رَزِيف 1) Vociferatus fuit (*camelus*). *Kam.*; 2) Acceleravit gradum et modo, qui خبب dicitur, ivit *camela. Kam.*; 3) Timens festinavit. *Kam.*; 4) Appropinquavit *res. Kam.*; 5) Accessit *ad aliquem c.* الى *p.* IV Vociferatus fuit (*camelus*); Accessit *ad aliquem c.* الى *p. Kam.*

رزق *n. a.* رِزْق 1) Res ad vitam necessarias dedit *Deus alicui c. a. p. Kam.*; *inde* Sustentavit *c. a. p. et a. r. Dj.*; 2) *Pass.* Accepit *c. a. r.* VIII Accepit res ad vitam necessarias, commeatum sibi destinatum. *Kam. Dj.* X Petiit stipendium aut sustentaculum vitae.

رِزْق *Pl.* أرزاق Portio; Omnis res quae alicui conceditur et ex qua commodum capit. *Kam. Dj.*; Res ad vitam necessariae; Stipendium, commeatus, qui militibus datur.

رَازِق *et* رَزَّاق Qui prospicit de necessariis ad vitam, largitor.

رَزْقَة *Pl.* رَزَقَات Largitio una, *seu* sustentatio semel facta. *Kam. Dj.* *Pl.* Commeatus, qui militibus datur. *Kam.*

رزم *F. i. et o. n. a.* رُزُوم, رِزَام 1) Ita emaciatus fuit ut terrae adhaerens surgere non posset *camelus. Kam. Dj.*; *item* 2) Mortuus est. *Kam.*; 3) Cepit, accepit *rem c.* ب *r. Kam.*; 4) Genuit *aliquem mater c.* ب *p. Kam.*; 5) Superavit, vicit *adversarium* et supra eum in genua procubuit *c.* على *p. Kam.*; 6) *F. o. i. n. a.* رَزْم Convolutam *rem* in unum pannum involvit *c. a. r. Kam.* II *n. a.* تَرْزِيم Semet in terram proiiciens inde non prodiit. *Kam.*; Collegit et congessit in sarcinam *vestes c. a. r. Kam. Djeuh.* III *n. a.* مُرَازَمَة Coniunxit *duas res c.* بين *r. Kam.* IV *n. a.* إرزام Vehementer sonuit *vel* non vehementer sonuit.

رُزَام *Pl.* رُزَّام Atrox, contumax et difficilis *vir. Kam.*

رَزْمَة Percussio vehemens. *Kam.*

رِزْمَة *Pl.* رِزَم, رِزَام Vestes in unum colligatae convolutaeque; Sarcina vestium.

رَزَمَة Sonus quem camelus pullum amans edit e gutture dum os non aperit.

الرُّزَام Rugiens *epitheton leonis.*

رزن *F. o.* 1) Sustulit *rem* manu, explorandi ponderis ergo *c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Constitit, substitit *aliquo loco c.* ب *l. Kam.* b) رَزُنَ *n. a.* رَزَانَة Gravis fuit pondere, et moribus constans fuit *vir. Dj.* V Gravem et constantem se ostendit *in rebus c.* في *r.* VI E regione alterius opposita fuit *res una alteri.*

رَزْن *Pl.* رِزَان, رُزُون Locus elatior, ubi planities aut depressus solum est, ut retineatur aqua.

رَزِين Gravis pondere *res*; *et* Moribus gravis, dignitate et potentia pollens.

رزي *F. i. n. a.* رَزْي Beneficia *alicuius* accepit *c. a. p. Kam.* IV Confugit *ad aliquem* eoque nixus fuit *c.* الى *p.*

رس *F. o. n. a.* رَسّ 1) Fodit *puteum c. a. r. Kam. Djeuh.*; 2) Sepelivit *mortuum c. a. p. Kam. Djeuh.*; 3) Occultavit *rem c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* رَسّ Pacem fecit; *contra* 5) Discordiam excitavit *inter homines c.* بين *p. Kam. Djeuh.*; 6) Inquisivit ut cognosceret *aliorum res c. a. r. Kam. Dj.*; 7) Dixit ac recitavit *verba alius apud animum suum c. a. r. et* في *anim. Dj.*; 8) *Idem quod* رز. III *n. a.* مُرَاسَّة Exorsus fuit. *Kam.* VI Inter se arcanum dixerunt *c. a. r. Kam.* VIII Divulgata fuit *res inter homines c.* في *p. Kam.*

رَسّ Initium; Initium amoris.

رَسِيس Initium; Initium amoris; Res firma et stabilis.

رسب *F. o. n. a.* رُسُوب 1) Resedit in fundo *aquae* (*res*) *c.* في. *Kam.*; 2) Depressus fuit in cavitate (*oculus*). *Djeuh.*; b) رَسُبَ Resedit in fundo *aquae* (*res*) *c.* في *aquae.* IV Depressos habuit oculos in cavitate propter famem *gens. Kam.*

رُسُوب Glans penis. *Kam.*; Gladius.

رسح Clunium femorumque macies.

أَرْسَحُ *Fem.* رَسْحَاءُ *Pl.* رُسْحٌ Nates et femora minime carnosa habens.

أَرْسَحَ Effecit ut *aliquis* clunes et femora emaciata haberet *c. a. p. Dj.*

رَسَخَ *n. a.* رُسُوخٌ 1) Firmus, stabilis fuit (*conf.* رسا); 2) Exsiccatum fuit (*stagnum*), aqua a terra absorpta. *Kam.*; 3) Descendit (*pluvia*) in terram. *Kam.*

رَاسِخٌ Firmus.

رَسْرَسَ Potis fuit validusque ad assurgendum *camelus.*

رَسِعَ *F. a. n. a.* رَسَعٌ 1) Corruptas palpebras, ut una alteri agglutinaretur, habuit *oculus. Kam.*; 2) Corrupta, laxa fuerunt membra (*viri*). *Kam.*; 3) Manui vel pedi *pueri* alligavit amuletum ad prohibendam maligni oculi noxam *c. a. pueri. Kam.* b) رَسَعَ *n. a.* رَسْعٌ Corruptis palpebris, ut una alteri agglutinaretur, laboravit *homo, oculus. Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْسِيعٌ Corruptas et cohaerentes habuit palpebras *oculus. Kam. Dj.*, *vir. Kam.*; Fidit lorum, et in idem alterum immisit.

رُسَاعَةٌ *Pl.* رَسَائِعُ Lora inter se plexa, quae in inferiore baltei parte sunt ornatus causa.

رُسْغٌ و رُسُغٌ *Pl.* أَرْسَاغٌ *et* أَرْسُغٌ Locus, ubi os tenue est in pedibus inter ungulam et locum.

رَسَّغَ Amplam et commodis abundantem reddidit *vitam c. a. r. Kam.*; Ita composuit *sermonem*, ut partes bene cohaererent *c. a. r. Kam.*; Humidam reddidit *terram pluvia*, ut pertingeret aqua ad pedis locum رسغ appellatum *c. a.*

رَسَفَ *F. o. et i. n. a.* رَسْفٌ, رَسِيفٌ, رَسَفَانٌ Incessit modo compedibus vincti. *Kam.* IV Propulit (*camelos*) ut procederent compediti *c. a.*

رَسَّلَ Nuntium misit. b) رَسِلَ *F. a.* 1) *n. a.* رَسَلٌ Demissam comam habuit. *Kam.*; 2) *n. a.* رَسَالَةٌ, رَسَلٌ Leniter commodeque incessit. II *n. a.* تَرْسِيلٌ Lacte abundavit *gens. Kam.*; Lac رسل bibendum dedit *alicui c. a. Kam.*; Mutuum misit, propinavit lac *c. a. p.* III *n. a.* مراسلة Misit ad alium: *spec.* epistolam vel nuntium *c. a. p. et* فى *r. vel* ب *vel* على *r. Dj.* IV Dimisit *aliquem c. a. p. Kam.*; Missum fecit, reliquit *c. a. Kam.*; Misit *aliquem ad aliquem c. a. p. et* إلى *alt. Kam.*; Composuit tractatum رِسَالَة appellatum. V Leniter, cunctanter commodeque egit *c.* فى. *Kam.*; Leniter et moderate peregit *lectionem c.* فى *r. Kam. Dj.* X Promissus factus est *capillus*; Affabilem et familiarem se praebuit *c.* إلى *p.*

رَسْلٌ *Fem.* ة Leniter commodeque incedens *camelus.*

رِسْلٌ Moderatio, cunctatio, lenitas et facilitas in motu et agendo; Lac, quamdiu animal lac praebet *sc.* tempore quum gravidum est animal et lacte caret excepto.

رَسَلٌ *Pl.* أَرْسَالٌ Agmen; Cameli.

رَسُولٌ *Pl.* رُسُلٌ, رُسْلٌ, رُسَلَاءُ, أَرْسُلٌ Missus, legatus.

رَسِيلٌ *comm. gen. Pl.* رُسَلَاءُ, رُسُلٌ *et* أَرْسُلٌ Qui mittitur, et ad alium mittit: et ad quem mittitur.

رِسْلَةٌ Moderatio, cunctatio, lenitas et facilitas in motu et agendo.

رِسَالَةٌ Missio, legatio. *Kam.* *Plur. san. et* رَسَائِلُ Quod mittitur, *uti* nuntius, epistola. *Gol.*; *et* Tractatus, brevius scriptum; Dissertatio. رسايل Negotia.

مِرْسَالٌ *Pl.* مَرَاسِيلُ Commode incedens *de camela.*

مُرْسَلَةٌ Monile longum, quod in pectus dependet. المرسلات *Pl.* Venti *vel* angeli *vel* equites. *Kam. Dj.*

رَسَمَ *F. o. n. a.* رَسْمٌ 1) Signa fecit, vestigium impressit; *tum* 2) Scripsit, et alicuius stipendium definivit, assignavit *stipendium c.* على *r. Kam. Dj.*; 3) Praescripsit, iussit *rem c. a. r. et* ل *p. Kam. Dj.*; 4) *n. a.* رَسِيمٌ Vestigia terrae impressit quum firmiter incederet (*camelus*). *Kam. Dj.*; 5) Obliteravit vestigia in terra relinquens *pluvia et ventus domum c. a. r. Kam.*; 6) *F. i. n. a.* رَسِيمٌ Incessit modo, qui incitatior est quam is, qui ذميل appellatur. *Kam. Dj.*; 7) Delituit *in terra c.* فى *l.*; *et inde* Mortuus est. II Bene signavit et notavit. IV Effecit, ut vestigia terrae imprimeret (*camelus*) *c. a. cam. Kam.*; Fecit, ut modo رسيم appellato incederet *camelus c. a. Kam.* V Intuitus et contemplatus fuit signa et vestigia *ut domus destructae c. a.*; Exploravit locum, ubi puteum foderet aut domum exstrueret. *Djeuh.* VIII Mandatum accepit, paruit.

رَسْمٌ Puteus, qui in terra foditur. *Plur.* أَرْسُمٌ, رُسُومٌ Vestigium rei, *vel* vestigiorum reliquiae.

رَاسِمٌ *F.* ة *Pl.* رَوَاسِمُ Incessu رَسِيم appellato incedens.

رَسِيمٌ Modus camelini incessus, qui incitatior est quam is, qui ذميل appellatur.

مُرَسَّمٌ Striis lineisve notatus *pannus.*

مَرْسُومٌ Signatus, descriptus. *Pl.* مَرَاسِمُ *et* مَرَاسِيمُ Mandatum, quo alicui stipendium assignatur, edictum.

رَسَنَ *F. o. i. n. a.* رَسْنٌ Ligavit funa. *Dj.*; Capistri parte رسن appellata instruxit *equum c. a. Kam.* IV Constrinxit capistro رسن *iumentum c. a. Kam. Dj.*

رَسَنٌ *Pl.* أَرْسَانٌ, أَرْسُنٌ Funis, capistri pars, quae super naso est. *Kam.* *Pl.* الأَرْسَانُ Salebrosa ac dura loca *terrae.*

مَرْسِنٌ *Pl.* مَرَاسِنُ Locus nasi, cui capistrum inhaeret.

رَسَا *F. o. n. a.* رَسْوٌ, رُسُوٌّ 1) Stabilis et firmus fuit, immotus constitit *mons*; 2) Ad ancoram stetit (*navis*). *Kam.*;

3) *n. a.* رَسْوٌ Composuit res, pacem fecit *inter alios c.* بين. *Djeuh.*; 4) Partem *traditionis* memoravit *c.* من *et* ل *p.* III Natando certavit *cum aliquo c. a. p. Kam.* IV *Praet.* أُرْسِيَتْ Firmatum immotumque reddidit, ac firmiter fixit *c. a. Kam.*

رَاسٍ *Fem.* رَاسِيَةٌ *Pl. san. ut* جبال رَاسِيَاتٌ, *tum Pl.* رَوَاسٍ Firmus et immotus consistens, *uti mons.*

مُرْسَاةٌ *Pl.* مَرَاسٍ Ancora, ad quam consistit navis.

رَشَّ *n. a.* رَشٌّ, تَرْشَاشٌ 1) Conspersit humore *locum c. a. l. et* ب *r.*; 2) Parum pluviae et sparsim emisit *coelum. Dj.* IV Parum pluviae et sparsim emisit *coelum.*; Sanguinem sparsit largum *vulnus. Kam.*; Redegit ad sudorem *equum c. a.*, ad cursum incitans. *Kam.* V Aspersus, conspersus fuit *locus aqua etc. c.* على *l.* X Lactere voluit, inserto capite inter femora matris, *pullus. Kam.*

رَشٌّ *Pl.* رِشَاشٌ Pauca pluvia.

رَشَأَ 1) Peperit *dorcas. Kam.*; 2) Congressus fuit *cum muliere c. a. p. Kam.*

رَشَأٌ *Pl.* أَرْشَاءٌ Pullus dorcadis cui vires sunt, ut matrem sequatur.

رَشَحَ *F. a. n. a.* رَشْحٌ Sudavit, sudore maduit; 2) Saliit et laeta fuit (*dorcas*). *Kam.* II *n. a.* تَرْشِيحٌ Bene administravit *opes c. a. r. Kam.*; Exigua paulatim propinata lactis quantitate suctioni *infantem* adsuefecit *mater c. a. Dj.*; Bene nutrivit *infantem c. a. p.*; Educavit formavitque a teneris *ad aliquam rem c. a. p. et* ل *r. Kam.* IV Aptum reputavit *c. a. r.* V Educatus fuit; Aptus, paratus fuit *c.* ل *r.*; Potis fuit gradi (*pullus*). X Alte et elata fuit *herba* بهمى *appellata. Kam.*; Educavit (*agnum*) *c. a. Kam.*

رَاشِحٌ Gradi potis et matrem sequens *pullus.* *Plur.* رَوَاشِحُ Mons cuius inferior pars semper humida est, quum sudori similis aqua inter saxa fluit.

مِرْشَحٌ Stratum sub ephippio infimum, sub eo, quod ميثرة appellatur, excipiens sudorem. *Kam. Dj.*

رَشَدَ *F. o. n. a.* رُشْدٌ, رَشَادٌ Recte incessit via, bene directus rectoque ductu usus fuit, non erravit. *Kam. Djeuh.*

b) رَشِدَ *F. a. n. a.* رَشَدٌ *Id. Kam. Dj.* IV Bene prospereque direxit, ut recta ageret neque erraret, *Deus aliquem c. a. p. Kam. Dj.* X Bene directus fuit, recta incessit via; Voluit recta via incedere, petiit ut dirigeretur.

رُشْدٌ Incessus in via recta, *seu* Recta agendi ratio cum fortitudine coniuncta. *Kam.*

رَشِيدٌ Dux rectae viae ac director; *vel* Is, qui sapienter instituit omnia, quae decernit; Bene directus, probus.

رِشْدَةٌ Coniugium legitimum.

مَرْشَدٌ *Pl.* مَرَاشِدُ Via recta, quae ducit ad locum, quo aliquis tendit.

رَشْرَشَ *n. a.* رَشْرَشَةٌ 1) Molle fuit *os*; 2) Potestatem habuit in aliquem, quem timuit, ei par fuit. *Kam.*

رَشَفَ *F. o. i. n. a.* رَشْفٌ Suxit duobus labiis; Sorbendo bibit, et velut sugendo hausit *c. a. Kam. Dj.* b) رَشِفَ *F. a.* II. IV. V. VIII Sorbendo bibit, et sugendo hausit ore *aquam c. a. r.*

مِرْشَفٌ *Pl.* مَرَاشِفُ Instrumentum, quo sorbetur. *Pl.* Labia.

رَشَقَ *F. o. n. a.* رَشْقٌ Iecit *sagitta*, *aliave re c. a. p. et* ب *r. Kam.* b) رَشُقَ *n. a.* رَشَاقَةٌ Egregia ac pulchra staturae praeditus fuit. *Kam. Djeuh.* III Iter fecit *cum altero c. a. p. Kam.* IV Iaculando petivit locum; Intendit, acuit visum. *Kam.*; Collum protendit *dorcas.*

رَشْقٌ Sagitta iacta. *Kam.*; Sagittae iactae tractus, *vel* Iaculandi modus unus. *Kam. Dj.*

رَشِيقٌ *Fem.* ة *Pl.* رُشُقٌ Egregia statura praeditus (*vir*).

رَشْكٌ Magna praeditus barba.

رشم *n. a.* رَشْمٌ (*conf.* رسم) 1) Scripsit *ad aliquem c.* الى *p.*; 2) Instrumento رشم appellato signavit in area (*frumentum*) *c. a. Kam. Dj.* b) رَشِمَ *n. a.* رَشَمٌ Odoratus cibum eius cupidus fuit. *Kam. Dj.*

رَشْمٌ Nota nigra in vultu hyaenae. *Kam.*; Primum germen prodeuntis e terra plantae. *Kam. Dj.*

رشن *F. o. n. a.* رَشْنٌ *et* رُشُونٌ Os immisit *in ollam* (*canis*) *c.* فى. *Kam. Dj.* b) رَشَّنَ Non vocatus ad epulas venit, ac sine venia intravit. *Kam. Dj.*

رَوْشَنٌ *Pers.* Fenestra, seu foramen per quod excipitur lumen. *Kam. Dj.*

رشا *F. o. n. a.* رَشْوٌ 1) Dedit *alicui* rem رشوة appellatam *c. a. p. Kam. Dj.* III Iuvit *aliquem*, benignus fuit *c. a. p. Kam. Dj.*; Conciliare sibi studuit *aliquem c. a. p.* VIII Accepit rem رشوة appellatam. *Kam. Dj.* X Expetivit, postulavit rem رشوة appellatam.

رِشَاءٌ *Pl.* أَرْشِيَةٌ Funis.

رِشْوَةٌ *Pl.* رِشًى, *et* رُشْوَةٌ *Pl.* رُشًا Constitutum pro opera pretium; *tum* Donum, quod datur corrumpendi causa, ut aut rectum esse falsum aut falsum esse rectum declaretur.

رصّ *F. o. n. a.* رَصٌّ 1) Parte alteri applicata *rem* iunxit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Aequalia fecit rostro *ova s.* recte disposuit (*gallina*) *c. a. r. Kam.* II Parte alteri applicata iunxit *rem c. a. r. Kam. Dj.*

رَصَاصٌ Plumbum et stannum.

رُصْبٌ Pars manus inter inferiorem indicem digitum et medium. *Kam.*

رصخ (*conf.* رسخ) Firmus, stabilis fuit *in re c.* فى. *Kam.*

رصد *F. o. n. a.* رَصْدٌ, رَصَدٌ Observavit *rem c. a. r. Kam. Dj.*; *inde* Insidiatus fuit, *uti praedae leo c. a.* b) *Pass.* رُصِدَ Imbre uno rigata fuit *terra*. IV Paravit, disposuit *alicuius causa rem c. a. r. et* ل *p.* V Observavit oculis intentis et expectavit *c. a. r. Kam. Dj.*

رَصَدٌ *Coll. Pl.* أَرْصَادٌ Observatores; Insidiatores.

رَاصِدٌ *Pl.* رُصَّدٌ Observator, Insidiator. *Dj.*; *c. art.* Leo. *Kam.*

مَرْصَدٌ *Pl.* مَرَاصِدُ Observationis et insidiarum locus. *Dj.*

مِرْصَادٌ Via. *Kam. Dj.*; Observationis, insidiarum locus, specula. *Kam.*

رصرص Firmavit *aedificium c. a. r. Kam.*; Stetit *aliquo loco c.* فى *l. Kam.*

رصع *n. a.* رَصْعٌ 1) Percussit manu *c. a. r. Kam.*; 2) Confodit cum vehementia *vel* ita, ut cuspis intus abderetur *c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* رِصَاعٌ Inivit *feminam c. a. p. Kam.*; 4) Contrivit *grana* inter duos lapides *c. a. r. Kam.*; 5) *n. a.* رُصُوعٌ Substitit *aliquo loco c.* ب *l. Kam.*; 6) Firmiter adhaesit, constitit *c.* ب *l.* b) رَصِعَ *n. a.* رَصَعٌ 1) Macras habuit clunes et femora. *Kam.*; 2) Adhaesit *c.* ب *r. Kam. Dj.*; 3) Illitus fuit *odoramentis c.* ب *r. Kam.* II *n. a.* تَرْصِيعٌ Composuit *rem cum altera c. a. r. et* ب *alt. Kam.*; Disposuit, definivit *c. a. r. Kam.*; Auro inserto gemmisve texuit, ornavit, gemmavit *vestem*, *coronam c. a.*

أَرْصَعُ *Fem.* رَصْعَاءُ *i. q.* أَرْسَحُ Macris clunibus femoribusque praeditus *homo*. *Kam.*

مُرَصَّعٌ *Fem.* ة Auro gemmisque ornatus *c.* ب *r.*

رصغ *i. q.* رُسْغٌ. *Kam.*

رصف *F. i. n. a.* رَصْفٌ 1) Apposuit invicem, ordineque iunxit *lapides in loco ubi aqua fluit transeundi causa vel in aedificio c. a. r. Kam. Dj.*; 2) Invicem attraxit, coniunxit *pedes preces faciens c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Nervum contusum ligavit circum *extremam sagittae partem*, ut infixa cuspis firmius teneretur *c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Convenit, decuit *aliquem res c.* ب *p. Kam. Dj.* b) رَصُفَ *n. a.* رَصَافَةٌ Firmus et solidus fuit. *Kam.*

رَصَفٌ *Coll. nom. unit.* رَصَفَةٌ Lapides serie cohaerente in loco ubi aqua fluit transeundi causa dispositi.

رَصِيفٌ Firmum, solidum *negotium*. *Kam. Dj.*

رُصْفَة *Pl.* رِصَاف Nervus qui adhuc recens contunditur, valideque volvitur circum extremam sagittae partem, quo firmius contineatur infixa cuspis.

أَرْتَصَقَ *i. q.* التحق.

رَصَمَ *n. a.* رَصْم Intravit in viam angustam inter montes. *Kam.*

رَصَنَ *F. e. n. a.* رَصْن 1) Absolvit, perfecit *c. a. Kam. Dj.*; 2) Conviciatus fuit et perstrinxit *lingua c. a. p. et* ب *instr. Kam. Dj.* b) رَصُنَ *n. a.* رَصَانَة Firmus ac stabilis fuit. *Kam. Dj.* IV Firmavit *c. a. Kam. Dj.*

رَصِين Firmus, stabilis. *Kam. Dj.*; Dolens, aeger. *Kam.*; Benevolus, favens *rei alterius c.* ب. *Kam. Dj.*

رَصَا Firmavit *c. a. Kam.* IV Mansit loco, non prodiens inde *c.* ب *l.*

رَضَّ *n. a.* رَضّ Contudit, fregit, comminuit in grossiores partes *c. a. r. Kam. Dj.* IV Gravis fuit et tarde se movit e loco suo.

رَضّ *Coll.* Dactyli qui exemtis ossibus in lacte puro macerantur. *Kam. Dj.*

رُضَاض Pars rei in grossiores partes fractae. *Kam. Dj.*

رَضَبَ 1) Extremis labiis sorpsit *salivam mulieris amator c. a. Kam.*; 2) Vehementer decidit *pluvia. Kam.* V Extremis labiis sorpsit *salivam mulieris amator c. a. r.*

رُضَاب Saliva, quae extremis sorbetur labiis; *aliis* Pars salivae dum in ore est.

رَضَحَ *F. a. n. a.* رَضْح Confregit, comminuit *glaream, ossa dactylorum c. a. Kam. Djeuh.* VIII Excusavit se *de aliqua re c.* من *r. Kam.*

مِرْضَاح Lapis quo ossa dactylorum comminui solent. *Kam.*

رَضَخَ *F. a. et i. n. a.* رَضْخ (*i. q.* رَضَحَ) 1) Contudit, confregitque *lapides c. a. r. Kam.*; 2) Lapidibus iecit *c. a. p. Dj.*; 3) Non magnum dedit *alicui* donum, quum multas opes possideret *c.* ل *p. et* ب *r. Kam.*; 4) Magna cum vi percussit *terram c. a. r. et* ب *instr. Kam.*

رَضَدَ (*id. quod* رثد) Invicem apposuit *vasa.*

رَضْرَضَ Fregit, *pec.* contundendo in grossiores partes. *Kam.*

رَضْرَاض Glarea *vel* glarea parva. *Kam.*

رَضَعَ *F. a. et i. n. a.* رَضْع, رَضَع, رِضْع, رَضَاع, رِضَاع, رَضَاعَة, رِضَاعَة. *Kam.* 1) Suxit, lactebat *matrem c. a.* (*in hominibus adhibetur*). *Kam.*; *inde* 2) Petiit, rogavit mendicando *c. a. p. Kam.*; 3) رَضَعَ *F. a.* Vilis, ignobilis fuit. b) رَضُعَ *n. a.* رَضَاعَة Vilis, ignobilis fuit. *Kam.* IV Lactavit *mater c. a. p. Kam.* X Quaesivit petiitque lactantem, seu nutricem, quae lactaret infantem. *Kam.*

رَاضِع *Pl.* رُضَّع Lactens, sugens. *Kam.*

رَضِيع *Pl.* رُضَعَاء Vilis, ignobilis. *Kam.*; Frater, *propr.* Collactaneus. *Kam. Dj.*

رَاضِعَة *Pl.* رَوَاضِع *Dual.* رَاضِعَتَان Dens anterior, quales duo lactentibus sobnasci solent. *Kam. Dj.*

مُرْضِع Lactentem foetum habens *mater. Kam.*

رَضَفَ *F. i.* 1) Lapide ignito iniecto calefecit, coxit *lac c. a. Kam.*; 2) Eiecit *merdam c.* ب *r. Kam.*; 3) Complicuit *cervical c. a. r. Kam.*

رَضْف Lapis ignitus, quo iniecto lac calefit; Lapis, cui impositae assantur carnes, *et* quo imposito signum inuritur cuti.

أَرْضَكَ Modo clausit, modo aperuit *oculum c. a. Kam.*

رَضَمَ *F. a.* 1) Graviter tardeque cucurrit *senex* (*de animalibus hominibusque*). *Kam.*; 2) Aravit *terram* sementis faciendae causa *c. a. r. Kam. Dj.*; 3) Inflixit *rem vel personam terrae c. a. et* ب *r. Kam. Dj.*; 4) *Semet* in *terram* coniecit *c.* ب *et a. l. Dj.*; 5) *F. i. n. a.* رَضْم Impositis invicem *saxis* construxit *domum c. a. et* ب *r. Djeuh.*

رِضَام *et* رَضَم *Coll.* Saxa, quorum unum super alterum in aedificiis constructum est. *Kam. Dj.*

رَضْمَة *nom. unitat. a* رضم Saxum unum qualia imponuntur invicem in aedificiis. *Dj.*

رَضَا *F. o. n. a.* رَضْو Vicit placendo, et contentum *aliquem* reddendo *c. a. p. Kam.* b) رَضِيَ *F. a. n. a.* رِضًى, رُضًى, رِضْوَان, رُضْوَان, مَرْضَاة Gratum habuit, contentus

fuit c. على vel c. عن vel أن verbi. *Kam.*; Gratum sibi habuit, elegit c. a. vel c. ب. *Kam. Djeuh.*, *et pro aliquo c.* ب. III *n. a.* رِضَاءٌ, مُرَاضَاةٌ Studuit placere magis quam alter et certavit *cum eo c. a. p. Kam.* IV Dedit quod placeret, contentum reddidit *aliquem c. a. p. et* عن *vel* من *r. Kam.* VIII Gratam habuit *rem c. a. r. Dj.*; Lubenter recepit *aliquem in societatem c. a. et* ل *r. Kam.* X Contentum reddere studuit *aliquem*, rogavit ut gratum haberet *c. a. p. et* عن *r. Kam.*

رِضًا *Dual.* رِضَوَانِ *et* رِضَيَانِ *Nomen* Quod aliquis aliqua re contentus est eamque gratam habet. *Kam.*

رِضَاءٌ *Nomen* Beneplacitum, favor.

رَطِيطٌ *Pl.* رِطَاطٌ *et* رَطَائِطُ Clamores, voces mixtae. *Kam. Djeuh.*; Dementia, stultitia. *Kam.*

أَرَطَّ Demens, stultus fuit. *Kam.*; Clamores excitavit *turba*; Fixus fuit loco suo nec inde egressus fuit. *Kam.*

رَطَأَ *F. a.* 1) Coivit, inivit *feminam c. a. p. Kam.*; 2) Eiecit *merdam c.* ب *r. Kam.* X Evasit demens, stultus. *Kam.*

رَطُبَ 1) Maturus, sed iam recens et humidus fuit (*dactylus*). *Kam.*; 2) *n. a.* رَطْبٌ, رُطُوبٌ Pabulum virens, recens pro medicina dedit (*iumento*) *c. a. Kam. Dj.*; 3) Dactylis recentibus humidisque cibavit *c. a. p. Kam.*

b) رَطِبَ 1) Humidus, mollis, recens, tenerque fuit. *Kam.*

c) رَطُبَ *n. a.* رَطَابَةٌ, رُطُوبَةٌ Humidus, recens, mollis tenerque (non aridus) fuit *dactylus*. II Humidum reddidit, madefecit *vestem c. a. Kam.*; Dactylis recentibus humidisque cibavit *aliquem c. a. p. Kam. Djeuh.* IV Maturus humidusque et recens factus est (*dactylus*). *Dj.*; *et* Dactylos maturos sed iam molles et recentes habuit (*palma*). *Kam. Dj.*

رَطْبٌ *Fem.* ة Virens (*non aridus*) recens, mollis, tener.

رُطَبٌ *Coll. nom. unit. c.* ة. *Pl.* رِطَابٌ. *Dj.*, أَرْطَابٌ. *Kam. Dj.* Dactyli maturi recentes. *Kam. Dj.*

رَطِيبٌ Humidus, mollis, recens, tener. *Kam. Dj.*

رُطْبَةٌ *Pl.* رِطَابٌ Pabulum virens ac recens, *pecul.* Medica quamdiu virens est. *Kam. Dj.*

رُطُوبَةٌ *Pl.* رُطُوبَاتٌ Humiditas *seu* ea rei conditio, qua apta est ad formas fingendas et faciliter tam separari quam coniungi potest.

رَطْرَاطٌ Aqua, quam residuam reliquerunt in receptaculo cameli. *Kam.*

رَطَفٌ Tenue ac debile *de carmine aliisque rebus. Kam.*

رَطَسَ *n. a.* رَطْسٌ Percussit interiore vola *aliquem c. a. p.*

رَطَعَ Coivit *cum muliere c. a. p. Kam.*

رَطَلَ 1) Cucurrit. *Kam.*; 2) Libravit manu ponderis explorandi ergo *c. a. r. Kam.*

رِطْلٌ *Pl.* أَرْطَالٌ Libra *i. e.* duodecim unciae, quarum quaelibet quadraginta Dirhemos continet. (*Hic ponderis definiendi modus Syris usitatus est; multum differt Bagdadensium modus, apud quos Rathl centum et viginti octo cum tribus septimis partibus Dirhemos continet.*) Vini mensura, dimidium Manni (مَنّ).

رَطَمَ *n. a.* رَطْمٌ 1) Coniecit in coenum *aliquem c. a. p. et* في *r. Kam. Dj.*; *inde* 2) Implicavit *aliquem re*, qua expedire se non posset *c. a. p. Kam.* V Retinuit nec emisit *stercus c. a. Kam.* VIII Coniectus fuit in lutum ut inde egredi non posset. *Kam.*; Turbatum fuit negotium, ut eo se expedire non posset *c.* على *p. Kam. Djeuh.*

رَطَنَ *n. a.* رَطَانَةٌ *et* رِطَانَةٌ Peregrina ac barbara, non Arabica, lingua locutus fuit *cum aliquo c.* ل *p.*

رَطَا *n. a.* رَطْوٌ Coivit *cum muliere c. a. Kam.* -

رَعَّ *n. a.* رَعٌّ Quievit *ventus. Kam.*

رَعَاعٌ Iuvenes viles. *Kam.*

رَعَبَ *F. a. n. a.* رُعْبٌ 1) Terruit, metum iniecit *c. a. p. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* رَعْبٌ Vehementer gemuit (*columba*). *Kam.*; 3) Dissecuit *gibbum aliamve rem c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* رُعْبٌ Metum concepit, metuit. *Kam.* II *n. a.* تَرْعِيبٌ *et* تِرْعَابٌ Terrore perculsit, terruit *c. a. p. Kam.* VIII Terrorem concepit, metuit. *Kam.*

رُعْبٌ Metus, pavor. *Kam. Dj.* *Pl.* رِعَبَةٌ Locus sagittae, ubi inseritur cuspis. *Kam.*

رَعِيبٌ Metuens, territus. *Kam.*; Pinguedine stillans. *Kam.*

29 *

رُعْبُوبٌ Pl. رَعَابِيبُ Debilis; Multum timens.

رُعْبُوبَةٌ Pl. رَعَابِيبُ Segmentum *gibbi camelini*. *Kam.* جارية رعبوبة Procera et tenui cute praedita puella.

رعبل 1) Dissecuit *carnem c. a. r. Kam. Dj.*; Dissecuit, laceravit *vestem c. a. r. Kam.*; 2) Duxit in matrimonium fatuam mulierem.

امرأة رعبل Vestibus laceris induta, *vel* Stolida mulier. *Kam.*

رُعْبُولَةٌ Pl. رَعَابِيلُ Pannus laceratus.

رعث F. a. n. a. رَعْث 1) In extremitate albas habuit res رعثان appellatas *capra*. *Kam.*; 2) Momordit panium quid sumens *c. a. r. Kam.* b) رَعِثَ F. a. n. a. رَعَث In extremitate albos habuit lobulos sub capite رعثان appellatos *capra*. *Kam.*

رَعْثَة *et quoque* رَعَثَة Pl. رِعَاث Inauris. *Kam. Dj.* Pl. رَعَثَات Sub rostro galli dependens carnis pars rubicunda.

رعج F. a. 1) Commovit, inquietum reddidit *c. a. p. Kam.*; 2) Locupletavit *aliquem* (*Deus*) *c. a. p.*; 3) Corruscavit serie continuata (*fulmen*). *Kam.* b) رَعِجَ F. a. Multae, copiosae fuerunt *divitiae*. *Kam.* VIII Commotus fuit, inquietus redditus fuit.

رعد F. a. et o. 1) Tonuit (*coelum*, *nubes*). *Kam. Djeuh.*; *inde* 2) *dicitur* رعد وبرق Terrorem incussit *vir*, minatusque fuit. *Kam. Djeuh.* IV Minatus fuit *c. a. p.*, *aliis* metu et terrore implevit, commovit *c. a. p. Kam. Dj.*; Tonuit (*coelum*). *Dj.*; Tonitru affectus fuit. *Kam. Dj.* أُرْعِدَ Correptus tremore fuit. *Kam.* VIII Commotus fuit, perturbatus fuit, vacillavit, tremuit. *Kam. Djeuh.*

رَعْدٌ Pl. رُعُودٌ Tonitru.

رَاعِدَةٌ Pl. رَوَاعِدُ Tonans (*coelum*); Tonans nubes.

رِعْدِيدٌ Pl. رَعَادِيدُ Multum timens, pavidus.

رعرع n. a. رَعْرَعَة Agitata et commota fuit in terrae superficie clarior *aqua*. *Kam.* II Incrementum cepit, atque adolevit *puer*. *Kam. Dj.*

رُعْرَاعٌ Adolescens pulchro modo dispositis membris praeditus. *Kam.*

رعز F. a. n. a. رَعْز Inivit *puellam c. a. p. Kam.* III In se contractus fuit. *Kam.*

رعس F. a. n. a. رَعْس 1) Trepidavit, tremuit. *Kam.*; 2) Sensim lenteque incessit prae lassitudine aliamve ob causam. *Kam. Dj.*; 3) *n. a.* رَعَسَان Prae senio tremuit *caput hominis*. *Kam. Dj.*

رعش F. a. n. a. رَعْش Tremuit, trepidavit. b) رَعِشَ F. a. n. a. رَعَش *Id. Kam. Dj.*

رعشن (*a* رعش) Tremulus *vir*. *Kam. Dj.*; *inde* Timidus.

رعص n. a. رَعْص Commovit, concussit. *Kam.*; Traxit *c. a. r.* V Contorsit se *serpens*, *funis*. *Kam.*

رعظ F. a. 1) Instruxit *sagittam* foramine (رعظ appellato), cui infigeretur cuspis *c. a.*; 2) Parte رعظ appellata fregit *sagittam c. a. r. Kam.* b) رَعِظَ n. a. رَعَظ Parte رعظ appellata fracta fuit *sagitta*. *Dj.*

رُعْظٌ Pl. أَرْعَاظ Locus quo radix cuspidis immittitur, dum ipse nervo contorto ligatus est. *Kam. Dj.*

رعف F. a. et o. 1) n. a. رَعْف et رُعَاف Sanguis e naribus profluxit *alicui*. *Kam. Dj.*; 2) Praecessit cursu *equus*. *Kam. Dj.*; 3) Introduxit *in portam aliquem c. a. l. et* ب *p. Kam.* b) رَعُفَ F. a. 1) Profluxit sanguis e naribus *alicui*. *Kam.* 2) Fluxit *sanguis*. *Kam.* c) رَعِفَ Profluxit sanguis e naribus *alicui*. *Kam. Dj.* (*sed est minus probanda vox*). d) رُعِفَ *Id. Kam.* IV Festinare iussit *aliquem*, impulit ad festinandum *c. a. p. Kam. Dj.*

رُعَافٌ Sanguis e naribus manans. *Kam. Dj.*

رعق F. a. Sonuit *venter currentis iumenti*. *Kam.*

رعل F. a. 1) Vehementer confodit, percussit *c. a. Kam.*; 2) Feriit *gladio c. a. p. et* ب *instr.* b) رَعِلَ Desipuit, fatuus fuit. *Kam.* II n. a. تَرْعِيل Signavit insecta aure *camelum c. a. r.* X Secuta sunt se invicem *pecora* in agmen. *Dj.*; Incessit, prodiit in prima agminis parte. *Dj.*

رَعْلٌ Pars secta auris, quae deorsum pendere sinitur in ove

رَعْلَةٌ *Pl.* رِعَالٌ, أَرْعَالٌ, أَرَاعِيلُ Parvum agmen equorum; Palma sequiores ferens dactylos, *vel* Palma procera. *Kam. Djeuh.*

أَرْعَلُ *Fem.* رَعْلَاءُ Laxus et deorsum dependens.

رعم *F. a. n. a.* رُعَامٌ 1) Valde macra fuit, et laboravit fluxu tenuioris muci *ovis. Kam. Dj.*; 2) Observavit, spectavit *rem c. a. r.*; Observavit occidentem *solem c. a. sol. Kam.* b) رَعُمَ *n. a.* رَعَامَةٌ Valde macra laboravit fluxu tenuioris muci *ovis. Kam.*

رعن 1) Laxus languidusque fuit. *Kam. Dj.*; 2) Stultus fuit. *Kam.* b) رَعُنَ *n. a.* رُعُونَةٌ *et* c) رَعِنَ *n. a.* رَعَنٌ Laxus, languidus et stultus fuit. *Kam. Dj.*

رَعْنٌ, رِعَانٌ *et* رُعُونٌ Prominentior pars montis.

أَرْعَنُ *Fem.* رَعْنَاءُ Properus et fatuus in sermone. *Kam.*; Laxus, languens, stultus. *Kam. Dj.*

رعا *n. a.* رَعْوٌ, رُعْوٌ, رِعْوٌ, رَعْوَةٌ, رُعْوَةٌ Pulchro modo recessit ab ignorantia. *Kam.*; Abstinuit *a re. Dj.*

أَرْعَوَى *n. a.* اِرْعِوَاءٌ Ab ignorantia rediit. *Kam.*; Abstinuit *a re turpi c.* عن.

رعى *F. a. n. a.* رَعْيٌ, مَرْعًى *et* رِعَايَةٌ 1) Pavit, depastus fuit *c. a. l. Kam. Dj.*; 2) Libere pastum ivit. *Kam.*; 3) Pastum duxit *c. a.*; Depascere sivit *gregem herbas c. d. a. Kam. Djeuh.*; 4) Custodivit, curavit *rem c. a. Kam. Dj.*; 5) *n. a.* رِعَايَةٌ Rexit, curavit bene *subditos princeps c. a. p. Dj.*; 6) *n. a.* رَعْيٌ Observavit *stellas* ut videret quando occiderent *c. a. r. Kam. Dj.* III Pavit, pastus fuit *c. alio ut asinus mas cum asinis c. a. p. Kam. Dj.*; Respexit, et limis intuitus fuit oculis benefaciens *c. a. Kam. Dj.*; Observavit *rem*, ut videret quo tenderet et quem exitum haberet *c. a. r. Kam.*; Custodivit, curavit *res c. a. r. Kam.* IV Pastum duxit *gregem c. a. Kam.*; Pepercit *alicui*, eum superstitem servavit, misertus fuit *c.* على *p.* V *et* VIII Pastus fuit, et pastum ivit. *Kam. Dj.* X Rogavit *aliquem*, ut custodiret, tueretur *aliquid c. a. p. et a. r. Kam. Dj.*; Rogavit, ut pascere sibi liceret.

رِعْيٌ *Pl.* أَرْعَاءٌ Pabulum, quod depascitur.

رَاعٍ *Pl.* رُعَاةٌ, رِعَاءٌ *et* رُعْيَانٌ, رُعَاءٌ Pastor, custos.

رِعْيًا Custodia, observatio. *Kam.*

رَعْوَى *et* رُعْوَى Custodia; Observatio.

رِعْيَةٌ *Nomen* Pastus (*das Weiden, Fressen auf der Weide*).

رَعِيَّةٌ Pascentia iumenta, *et* iumenta custodita. *Kam.*; Subditi *in gente*, populus. *Kam. Dj.*

أَرْعَوَى Abstinuit destititque, deterritus est *a malo c.* عن *r.*; Territus est propter rem *c.* لِ *p.*

مَرْعًى Pabulum. *Dj.*; Locus, qui depascitur. *Kam.*

مَرْعِيٌّ *Fem.* ة Qui pascitur, qui regitur, qui custoditur.

رغب *F. a. n. a.* رَغْبٌ, رُغْبٌ *et* رَغْبَةٌ 1) Voluit, expetivit, desideravit *c.* فِي *r. Kam. Dj.*, *tum c. a. et c.* إلى; *inde* Noluit, non desideravit *rem c.* عن *et* من *r. Kam. Dj.*; 2) *n. a.* رَغَبٌ, رُغْبٌ, رَغْبَةٌ, رُغْبَةٌ, رَغْبَى, رُغْبَى, رَغْبَاءُ, رَغَبَانٌ, رَغَبُوتٌ, رُغْبُوتَى Probo et submisso animo preces fecit et Deum invocavit, *vel* Suppliciter rogavit *c.* إلى *p. Kam.* b) رَغُبَ *n. a.* رَغَابَةٌ 1) Amplus et multum capax fuit. *Kam.*; 2) *n. a.* رُغْبٌ, رُغُبٌ Vorax et multum cupidus fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْغِيبٌ Cupidum reddidit, incitavit *aliquem c. a. p. Kam. et* فِي *r. Dj.* III Cupiditatem monstravit. IV Cupidum reddidit; Effecit, ut desideraret *c. a. p. Kam. et* فِي *r. Dj.* VIII Voluit, cupivit *rem c.* فِي *r.*

رُغْبٌ Aviditas, magna cupido, *pec.* voracitas. *Kam. Dj.*

رَغَبٌ Desiderium, amor.

رَاغِبٌ Supplicans; Appetens *c.* فِي *r.*

رَغِيبٌ *Pl.* رُغُبٌ Multum cupidus, vorax; Amplo ventre praeditus *de homine aliisque.*

رَغِيبَةٌ *Pl.* رَغَائِبُ Res expetita et desideranda. *Kam.*

رغث *F. a. n. a.* رَغْثٌ 1) Suxit *matrem c. a. Kam. Dj.*; 2) Una vice post alteram confodit *aliquem c. a. p. Kam.* *Pass.* رُغِثَ 1) Doloribus in parte uberis رَغْثَاءُ dicta affecta fuit. *Kam.*; 2) Petendo multo ita pressus fuit, ut omne suum erogaret. *Kam. Dj.* IV Confodit in loco رَغْثَاءُ dicto *c. a. p. Kam.*; Lactavit *pullum c. a. Kam. Dj.* VIII Suxit (*matrem*) *c. a. p. Kam.*

رُغثاء *Dual.* رُغثاوان Vena lactaria uberis, *aliis* sub ubere nervus. *Kam. Dj.*, *vel* ipsa uberis basis.

رَغُدَ *n. a.* رَغْد Bonis abundans fuit et commoda *vita*. *Kam. Dj.* b) رَغِدَ *n. a.* رَغَادة *Id. Kam. Dj.* IV Ubertate pabuli et proventus gavisus fuit *homo*. *Kam. Dj.* X Invenit, censuit bonam, commodam (*vitam*). *Harir.*

رَغْد Bonis affluens commodaque *vita*. *Kam. Dj.*

رَغَد Bonis abundans, commoda *vita*. *Kam. Dj.* *Collect.* Bonis et commodis abundante vita usi.

رَغِيدة Pultiuncula ex lacte recente cocto et farina inspersa quod lingitur. *Kam. Dj.*

رَغْرَغَ *n. a.* رَغْرَغة Vita commoda et bonis abundante fruitus fuit. *Kam.*; Ad aquam duxit quodam diei tempore, quo voluerunt *cameli*; *vel* Ad aquam uno die mane, altero vespere duxit *camelos*; *vel* Ita ut potu non explerentur adaquavit *c. a. Kam.*

أَسْتَرْغَز Debilem, leuem censuit *rem*. *Kam.*

رَغَسَ *F. a.* Effecit *Deus*, ut multas possideret opes *c. a. p. et a. r.*; Locupletavit: *pec. vitae bonis c. d. a. Kam.* IV *Id. c. d. a. Kam.* X Leuem reputavit *rem c. a. r.*

رَغَشَ *F. a.* Tumultum concitavit *contra aliquem c.* على *p. Kam.* II *n. a.* ترغيش Amplificavit *opes c. a. r.*

رَغِيغة Vita bona, commoda. *Kam.*

رَغَفَ *F. a. n. a.* رَغْف Collegit et coegit manu in unum *farinae massam aut lutum c. a. r. Kam.*, et buccellas ex offa vel farina formavit praebuitque *camelo c. a.* IV Acuit visum, intendit visum *in aliquem c.* الى *p. Kam.*; Festinavit in incessu, celeriter incessit. *Kam.*

رَغِيف *Pl.* تَرَاغِيف, أَرْغِفة, رُغْفان, رُغُف, رُغْف Libum, *vel* Panis orbiculatus tenuis. *Kam. Dj.*

رَغَلَ *F. a. n. a.* رَغْل Suxit *matrem*. *Kam.* IV Lactavit *c. a. Kam. Dj.*; Produxit plantas رغل appellatas *terra*. *Kam. Dj.*; *et* Grana in spicis producere coeperunt *sata*. *Kam.*

رُغْل Sata, quorum spicae grana producere coeperunt. *Kam.*

رُغْل *Pl.* أَرْغال *Coll.* Planta quaedam, vel eadem quae سَرْمَق appellatur. *Kam. Dj.*

أَرْغَلَّدَ (*a* رغد) Bonis opibusque in vita abundavit *vir*. *Kam.*

رَغَمَ *F. a. n. a.* رَغْم 1) Fastidivit, abhorruit *ab aliqua re c. a. Kam.*; 2) Invitum et vi adegit *ad aliquam rem c. a. p. Kam.* b) رَغِمَ *n. a.* رَغَم 1) Fastidivit *rem*, abhorruit *ab aliqua re c. a. r. Kam.*; 2) Vilis, contemtus fuit, *proprie* in terram demersus fuit. II Dixit رَغْمًا, رُغْمًا *alicui i. e.* vilis, contemtus sis! *c. a. p. Kam.* III *n. a.* مُرَاغَمة Fugit; Aversatus fuit; Iratus fuit. *Kam. Dj.* IV Demersit in arenam nasum *alicui c. a. p. Kam. Djeuh.*; *inde* Coëgit, subegit; Ad iram excitavit *aliquem c. a. p. Kam.*; *et pro* ادغم Nigrum vultu effecit *Deus aliquem c. a. p.*, *i. e.* contemtum reddidit. V Ira accensus fuit. *Kam. Djeuh.*; Vociferatus fuit camelus eiusve pullus.

رُغْم, رِغْم, رَغْم Aversatio; Ira. *Dicitur* فعلت ذلك على رغمه Invito eo *vel* aversante hoc feci.

رَغَام Terra mollior, *vel* arena cum terra mixta. *Kam.*

رَغَنَ *F. a. n. a.* رَغْن 1) Auscultavit, ut gratum accepit *sermonem c.* الى. *Kam. Dj.*; 2) Edit bibitque cum voluptate; 3) Concupivit, desideravit *c.* فى *r. Kam. Dj.*; 4) Nixus fuit *aliqua re c.* الى *r.* IV Auscultavit, ut gratum accepit *sermonem c.* الى. *Kam. Dj.*; Desiderio *alicuius rei* implevit *aliquem c. a. p. Kam.*; Facilem reddidit *rem c. a. r. Kam.*

رَغَا *F. o. n. a.* رُغاء *et* رَغَوان 1) Vociferatus fuit; 2) Vehementi eiulatu ploravit *infans*. *Kam.* b) رَغِيَ Spumosum fuit (*lac*). IV *Praet.* أَرْغَيْت Adegit ad vociferandum *c. a. Kam.*; Spumosum fuit (*lac*). *Kam.* VIII *Praet.* ارتغيت Cepit bibitque spumam lactis *c. a*

رَغْوة Spuma lactis. *Kam. Dj.*; Pellicula in lacte natans.

رَاغِية Camela.

رَقَّ *F. o. et i.* 1) Multum edit. *Kam.*; 2) *n. a.* رَقّ Quodam modo edit *olera* et quidem ita, ut os non omnino impleretur *de camelo et ove*. *Kam.*; 3) Extremis labiis osculatus fuit *mulierem c. a. Kam.*; 4) Circumdedit ab omni parte *gens aliquem c.* ب *p. Kam.*; *inde* 5) Conservavit, custodivit *c. a. p. Dj.*; 6) Pulchre, benigne egit *erga aliquem* eumque coluit *c. a. p. Kam.*; 7) Honoravit *c.* ب *p. Kam.*; 8) Operam dedit, ut tam parva quam magna ministrando praestaret *alicui c.* ل *p. Kam.*;

9) *F. i. n. a.* رَفَّ, رَفِيفٌ Nituit, fulsit *color*. *Kam.*

b) *n. a.* رَفٌّ Tenuis fuit (*de veste*). *Kam.* IV Alas expandit *super ova gallina c.* على. *Kam.* VIII Fulsit, nituit *color*. *Kam.*

رَفّ *Pl.* رُفُوفٌ Arcuatum opus aut simile quid, super quo domus extremitates ponuntur.

رُفَّةٌ Fragmentum straminis. *Kam.*; Stromen.

رَفِيفٌ Resplendens rore arbor, *vel* alia res.

رَفَأَ *F. a.* (*vid.* رفا *F. o.*) *n. a.* رَفْأً Reparavit ruptam *vestem* coniungendis partibus *c. a. r.* *Kam. Djeuh.*; *inde et* Pacem fecit *inter homines c.* بين *p.* *Kam.*; 2) Sedavit, quietavit *hominem c. a. p.* *Kam.*; 3) Admovit *navem* litori vel ripae *c. a.* *Kam. Djeuh.* II *n. a.* تَرْفِئَةٌ, تَرْفِيءٌ Bene precatus fuit *novo coniugi* hac formula بالرفاء والبنين *c. a. p.* *Kam.* III Personae respectu usus est in aliqua re tractanda *erga aliquem c. a. p.* *Kam.*; Adulatus est *c. a. p.* *Kam.* IV Inclinavit in ictus. *Kam.*; Pavit crines et barbam. *Kam.*; Appropinquavit *ad rem c.* الى. *Kam.*; Adduxit prope *c.* الى. *Kam.* VI *Pl.* Concordes atque unanimes fuerunt, sibi invicem tulerunt opem. *Kam. Dj.*

رِفَاءٌ Concordia, quies.

رَفَتَ *F. o. et i. n. a.* رَفْتٌ 1) Fregit, comminuit *c. a.* *Kam.*; 2) Fractus et comminutus fuit. *Kam.*; 3) Abruptus, abscissus fuit. *Kam.* IX Abruptus, abscissus fuit. *Kam.*; Fractus fuit. *Kam.*

رُفْتٌ Stramen. *Kam.*; Omnia frangens et comminuens.

رُفَاتٌ Res fracta minutatim. *Kam.*

رَفَثَ *F. o. n. a.* رَفْثٌ *et* رُفُوثٌ. b) رَفِثَ *F. a.*; c) رَفُثَ 1) Obscoenus, obscoenitate usus fuit in sermone *erga mulierem c.* الى *p.* *Kam. Dj.*; 2) Coivit cum muliere. *Kam. Dj.* IV Obscoenus in sermone fuit. *Kam. Dj.*

رَفَحَ *n. a.* تَرْفِيحٌ Dixit *alicui* بالرفاء والبنين *c. a. p.* *Kam.*

رَافِخٌ Commodus, bonis abundans (*de vita*).

رَفَدَ *F. i. n. a.* رَفْدٌ 1) Dedit, donavit *c. a.* *Kam. Djeuh.*; 2) Iuvit, suppetias venit *c. a. p.* *Dj.*; 3) *F. i. n. a.* رَفْدٌ Sub clitella posuit pannum رِفَادَة appellatum *iumento c.* على. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْفِيدٌ Magnificavit, honoravit *aliquem c. a. p.* *Kam. Dj.* III Dedit, donavit, iuvit, suppetias venit *c. a.* *Dj.* X Auxilium suppetiasque rogavit *c. a. p.* *Kam. Dj.*; Donum petiit *ab aliquo c. a. p.*

رِفْدٌ Poculum magnum et amplum. *Kam. Djeuh.*

رِفْدٌ *Pl.* أَرْفَادٌ, رُفُودٌ Donum, beneficium, gratia.

رِفَادَةٌ Pannus complicatus, qui vulneri imponitur. *Kam. Dj.*; Pulvillus vel pannus coactilis, qui supponitur clitellae.

مِرْفَدٌ *Pl.* مَرَافِدُ Catinus amplior, seu maius poculum.

رَفْرَفَ *n. a.* رَفْرَفَةٌ 1) Expandit alas. *Kam.*; Movit alas circum rem, in eam se immissurus (*struthiocamelus*). *Kam. Dj.*; 2) Sonuit *res*. *Kam.*

رَفْرَفٌ Arcuatum opus *vel* similis huic res, super quo extremitates domus ponuntur. *Kam.* *Coll.* Panni virides, ex quibus vela et stragula parantur.

رَفْرَافٌ Avis ex passerum genere, quae sui corporis umbram captat.

رَفَزَ *F. i. n. a.* رَفْزٌ 1) Feriit *c. a.* *Kam.*; 2) Motus fuit *de arteria*. *Kam.*

رَفَسَ *F. i. et o. n. a.* رَفْسٌ, رِفَاسٌ 1) Pede percussit, feriit *c. a.* *Kam. Dj.*; 2) Fune رِفَاس appellato ligavit *camelum c. a.* *Kam.*

رِفَاسٌ *i. q.* إِبَاضٌ Funis, quo ligatur pes cameli. *Kam.*

رَفَشَ *n. a.* رَفْشٌ 1) Comminuit, contrivit, contudit *c. a. r.* *Kam.*; 2) Luxuriose edit bibitque bonis abundans. *Kam.*; 3) *n. a.* رُفُوشٌ Multam rem adhibuit *in aliqua re c.* في *r.* *Kam.* b) *n. a.* رَفَشٌ Magnis crassisque auribus praeditus fuit. *Kam.* II Promisit *barbam*, ut palae instar esset *c. a. r.* *Kam.* IV Laboravit luxuria et intemperantia cibi Venerisque. *Kam.*; Mansit in regione neque inde processit *c.* ب *l.* *Kam.*

رَفْشٌ *et* رُفْشٌ Scopae.

مِرْفَشَةٌ Scopae. *Kam.*

رُفْصَةٌ Ordo vicium.

تَرَافَضَ *Pl.* Per vices, alii post alios, acceperunt *aquam c. a. Kam. Dj.* VIII Cara evasit *annona. Kam. Dj.*

رَفَضَ *F. i. et o.* 1) *n. a.* رَفْضٌ, رَفَضٌ, Reliquit *c. a. r. Kam. Dj.*; Respuit, abdicavit; *inde* 2) Reliquit, ut in prato dissiparentur, *camelos c. a. Kam. Dj.*; 3) Iacit, iaculatus fuit *c. a. r. Kam.*; 4) *n. a.* رُفُوضٌ Soli, pastore eos observante, libereque pasti sunt *cameli. Kam. Dj.*; 5) Lata et larga fuit *vallis. Kam.*; Expandit racemos, delapsis florum reliquiis, *palma. Kam.* II *n. a.* تَرْفِيضٌ Reliquit parum aquae in utre *c.* فِى; Flaccum pendulumque veretrum habuit *equus. Kam.* IV Reliquit in pratis, ut dissiparentur, *camelos c. a. Kam.* V Disgregata, dispersa fuit et evanuit *res. Kam.*; Fractus fuit. *Kam.* VI *Plur.* Emanarunt, eruperunt (*lacrymae*). IX *Pl.* Dispersae fuerunt, fluxerunt *lacrymae. Kam. Dj.* X Lata et larga fuit (*vallis*). *Kam.*

رَفْضٌ, رَفَضٌ *Pl.* أَرْفَاضٌ Soli, pastore eos tantum observante, pastum euntes *cameli. Kam.*

رُفَاضٌ Fragmentum rei s. pars eius fracta. *Kam. Dj.*

رَافِضَةٌ *Pl.* رَوَافِضُ Milites qui ducem suum deseruerunt; Sectae Schiitarum pars, quae quum Seidum filium Ahlii filii Hosaini filii Ahlii Imperatorem creasset, tum postulasset, ut ab Otsmano et Ohmaro se liberaret, eundem hoc nolentem deseruit.

رَافِضِىٌّ Qui ad sectam رافضة appellatam pertinet. *Kam.*

مُرْفَضٌ Locus ubi vallis dilatata est.

رَفَعَ *F. a. n. a.* رَفْعٌ 1) In altum sustulit, elevavit *c. a. r.*; 2) Portavit, transtulit demessas *fruges* in aream *c. a. Kam. Dj.*; 3) *n. a.* رَفْعٌ *et* مَرْفُوعٌ Vehementiore motu viribus intentis incessit *camelus.* (*conf.* مرفوع). *Kam. Dj.*; 4) Adegit, ut vires in incessu intenderet, *camelum c. a. Kam. Dj.*; 5) *n. a.* رَفَعَانٌ Ascendit altiorem regionis partem et permeavit eam. *Kam.*; 6) *n. a.* رُفْعَانٌ Adduxit, prope admovit, retulit detulitve *ad regem rem gestam*, *ad iudicem causam*, retulit *ad auctorem verba c. a. r. et* الى *p. vel* على *p. Dj.*; 7) Vocali Dhamma enuntiavit in fine *vocem* s. in Nominativo posuit (*apud Grammaticos*) *c. a. r.* b) رَفُعَ 1) *n. a.* رَفَاعَةٌ Alta et magna voce praeditus fuit; 2) *n. a.* رِفْعَةٌ Elatus fuit, dignitate pollebat. *Kam. Dj.* II Exaltavit, in altum sustulit *c. a. r. Kam.*; *n. a.* تَرْفِيعٌ Impulit, ut vires in incessu intenderet, *camelum c. a. Dj.*; Modo incitatius modo remissius cucurrit *asinus. Kam. Dj.*; *n. a.* تَرْفِيعٌ A proelii campo removit, abduxit *aliquem c. a. p. et* فِى *r. Kam.* III Detulit accusando *ad iudicem rem vel personam c. a. r. vel p. et* الى *p. Kam. Djeuh.*; Pepercit iis et superstites servavit *c.* ب *p. Kam.* V Extulit se et superbivit; Se gessit superbius *adversus aliquem c.* على *p.* VI *Plur.* Simul retulerunt *rem ad iudicem etc.*, invicem questi fuerunt *apud regem etc. c.* الى *p. Djeuh.* VIII Elevavit, in altum sustulit *c. a. r. Kam.*; Elatus fuit; Sublatus fuit. *Dj.* X Petiit, optavit, ut res attolleretur; Voluit, ut res tolleretur *c. a. r. Kam.*

رَفْعٌ Sublatio manus versus coelum; Vocalis Dhamma enuntianda in fine dictionis *apud Grammaticos.*

رَفِيعٌ Attollens, efferens; Altus, elatus.

رِفْعَةٌ *seu* رُفْعَةٌ Altitudo, elatio dignitatis, honoris celsitudo.

رَفَاعَةٌ, رِفَاعَةٌ Pulvinar, quo utuntur mulieres ut magnarum natium speciem prae se ferant.

رَفِيعَةٌ Res, quae defertur referturque ad regem iudicemve.

اِرْتِفَاعٌ Frugum proventus, demessarumve quantitas, ac regionis reditus. *Dicitur* ارتفاع طايل Magni reditus. *Plur.* ارتفاعات Reditus.

مَرْفُوعٌ (*prop. nomen act. esse dicunt*) Cursus incitatior, quam ille, qui حضر appellatur. *Dj.*; *et Adj. Fem.* ة Exaltatus, honoratus; Vocali Dhamma affectus.

رَفَغَ *n. a.* رَفَاغَةٌ Bonis commodisque et deliciis abundavit *vita. Dj.* V Commodam et bonis abundantem duxit vitam. *Dj.*

رُفْغٌ Vitae commoditas et affluentia bonorum. *Kam. Dj.*; Ubertas anni. *Kam.*; Locus infertilis. *Kam. Pl.* أَرْفَاغٌ Vilis (*de homine*). *Kam.*

رَفَقَ 1) Iuvit, profuit, favit *c. a. p. Kam.*; 2) *F. o. n. a.* رِفْقٌ, مَرْفِقٌ, مَرْفَقٌ, مِرْفَقٌ Benignus, lenis fuit *erga aliquem c.* ب *p. vel c.* على *p. Kam. Dj.*; 3) Percussit cubitum (مرفق) *alicui c. a. p. Kam.*; 4) In utroque armo ligavit *camelam*, ne aufugeret ad locum suum consuetum *c. a. Kam. Dj.* b) رَفِقَ 1) Benignus, lenis fuit *erga aliquem c.* ب *p. vel*

c. على p.; 2) n. a. رَفْق Cubitum habuit a latere distortum. *Kam.* o) رَفُق 1) Benignus, lenis fuit *erga aliquem c.* ب *p. vel c.* على *p.*; 2) *n. a.* رَفَاقة Comes, socius fuit. *Kam.* III Comitem se praebuit *alteri c. a. p. et* فى *r. Kam. Dj.* IV Benignitate usus fuit, commodo fuit, profuit *c. a. p. Kam. Dj.* V Benignus et lenis fuit *erga aliquem c.* ب *p.* VIII Benignum se gessit, adiuvit *c.* ب *r.*; *et* Adiutus fuit, emolumentum cepit. X Rogavit, ut propitius esset, adiuvaret *c. a. p.*

رِفْق Res, quae auxilio est. *Kam.*; Benignitas, lenitas, facilitas, favor. *Kam.*

رِفَاق Funis, quo ligantur armi camelae, ne aufugiat. *Kam.*

رُفْقَة *Pl.* رِفَاق, رُفَق, أَرْفَاق, رِفْقَة, رُفَقَة Comitatus, comitum turba. *Kam. Dj.*

رَفِيق *Pl.* رُفَقَاء Socius, comes, amicus.

رُفَاقَة Comitum agmen. *Kam.*

مِرْفَق, مَرْفِق *Pl.* مَرَافِق Cubitus.

تَمَرْفَق Cepit cubital cervicale eique incubuit. *Dj.*

مِرْفَقَة Cubital, cervical. *Kam.*

رَفَل *F. o.* 1) In veste induenda aliave re peragenda stupidus fuit; 2) *n. a.* رَفْل *et* رَفَلَان Promissas humi traxit *vestes. Kam. Djeuh.*; *et* Iactatis manibus *vel* iactato corpore incessit. *Kam.*; 3) *n. a.* رَفْل Auxit colligendo putei aquam. *Kam.* b) رَفِل *n. a.* رَفَل *F. a.* In veste induenda aliave re peragenda stupidus fuit. *Kam. Dj.* II *n. a.* تَرْفِيل Auxit colligendo putei aquam. *Kam. Dj.*; Magnum effecit, magnificavit. *Kam. Dj.*; *et contra* Vilem reddidit, dedecore affecit. *Kam.*; Dominum, regem fecit, creavit *aliquem c. a. p. Kam.* IV Promissas vestes humi traxit *c.* فى *vestium. Kam. Dj.*; Superbo modo iactato corpore incessit *vel* manibus iactatis. *Kam.*

رَفِل *Fem.* ة Stultus, stupidus in veste induenda aliave re peragenda. *Kam. Dj.*; Amplus et commodus *de vita.*

رِفَلّ *F.* ة Promissus et longus, amplus (*de veste*). *Kam. Dj.*; Longa cauda praeditus (*equus, camelus*). *Kam.*

أَرْفَل *Fem.* رَفْلَاء Stupidus in veste induenda aliave re peragenda. *Kam.*

تَرَفَّل *n. a.* تَرَفُّلَة Agitato corpore incessit propter senectutem.

رَفْن Ovum. *Kam.*

اِرْفَأَنّ Fugit et tum quievit. *Kam. Dj.*; Sedata fuit et consedit (*ira*). *Kam. Dj.*; Laxus ac debilis fuit. *Kam.*

